II CHOROGRAPHIA[1]

Vidit et aetherio mundum torquerier axe 14 (12)
et septem aeternis sonitum dare vocibus orbes
nitentes aliis alios, quae maxima divis
laetitia est. At tunc longe gratissima Phoebi
dextera consimiles meditatur reddere voces.

Ergo inter solis stationem et sidera septem 15 (13)
exporrecta iacet tellus; huic extima fluctu
Oceani, interior Neptuno cingitur ora.

At quinque aethereis zonis accingitur orbis; 16 (14)
ac vastant imas hiemes mediamque calores:
sic terrae extremas inter mediamque coluntur.
Quam solis valido numquam † ut auferat igne.

---

tutum sub sede fuissent 17 (16)